UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Aldegundis, V. Abb. S. Sauina Matro. S. Barsimæus Epis. 30. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Aldegundis, V. Abb. S. Sauina Matro. S. Barſimæus Epiſ. 30. Ian.

Cultus Angeli Cuſtodis.

Angelo noſtro debemus reuerentiam pro præſentia, deuotionem pro beneuolentia, *Bern.*

Indulgentiam nobis, quæſumu Domine, B Aldegundis V. (B Sauina S Barſimæus Epiſ. & M) imploret qu tibi grat ſemper extitit, & merito caſtiratis & tuæ, profe ſſione virtutis. Per Dom. n. *Ieſum Chr.* &c.

Ora pro *Iuuentute*, &

1. S Aldegundis V. è regia Francorum ſtirpe, voce de cælo lapſa prætulit æternas nuptias perituris. Angelo Tutelari familiaris fuit, ex quo virginitatem colere incepit: cuius ſeruandæ ſtudio etiam carcinomate ſe fædari à Deo precibus exegit. denique læta inter Angelos, deducente eam Regina Virginum, è ſæculo migrauit Anno 668.

2. B.Sauina Laudenſis Matrona Confeſſorum in carceribus & Martyrum aſsidua famula, ad ſepulchrum Naboris & Felicis orans migrauit ad Dominum.

3. S.Barſimæus Epiſ. Edeſſæ in Syria Traiano Imperante floruit, SS. plurimos ex Gentilibus ad Religionis Chriſtianæ cultum cum perduxiſſet, & partem non modicam in cælum præmiſiſſet, demum eoſdem ad palmam inſecutus fuit.